

spiritus ad sancta; caro ad carnalia, spiritus ad spiritalia et ad divina. In hac autem internâ luctâ quid nobis Christianis faciendum? *Spiritu ambulate*, ait Apostolus, v. 16; state à partibus Spiritus, ejusque dictamina sequamini; quasi diceret: Ad hoc datus est vobis Spiritus sanctus, et ad hoc in vobis habitat cordium vestrorum lumen, ut vos illuminet, calefaciat et moveat; illius ergo illustrationibus attendentes, ardoribus consentientes, motibus obsequentes, ipsius virtute concupiscentias refranate, charitatem exercete.

Ex hoc igitur capite quinto discamus, tria in mente semper habenda: Unum, ad quod continuè tendere debemus; alterum, quod perpetuò cavere debemus; tertium, quo auxiliante, et hoc vitare, et illud assequi possumus.

Primum, seu id ad quod continuè tendere debemus, tanquam ad finem Christianismi, et libertatis filiorum, quâ in Christo fruimur, est charitas, amor Dei, amor proximi. Ideò facti sumus filii Dei, et quidem majores, ut Deum, Patrem nostrum, purius et sincerius amemus tanquam filii, non sicut servi. Ideò à legalium jugo liberati sumus, ut nobis invicem præ charitate serviamus, v. 15. Nostræ igitur adoptionis divinæ filii, christianæque libertatis scopus, est fervens charitatis exercitium, et continuum illius augmentum.

Secundum, seu id quod perpetuò cavere debemus, velut christiane libertatis abusus, est concupiscentiarum sectatio. *Tantum ne libertatem in occasione deis carnis*, v. 15. Contra Dei voluntatem christianâ abutere libertate, sicut peccantes periretis. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis*, Rom. 8, v. 15. Hinc vita, inde mors: carnalem itaque vitam horreote velut mortem, et mortem æternam.

Tertium, seu id quo mediante et auxiliante, seu medium efficacissimum ad hunc vitandum abusum, et ad illum finem assequendum, est *si Spiritu ambulamus*, si Spiritu sancto in cordibus nostris habitanti

## CAPUT VI.

1. Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu teneris.

2. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

3. Nam si quis exisimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

4. Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero.

5. Unusquisque enim onus suum portabit.

6. Communicet autem, is qui catechizatur verbo, et qui se catechizat, in omnibus bonis.

7. Nolite errare: Deus non irridetur.

8. Que enim seminaverit homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat in carne suâ, de carne et metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

obediamus, ejusque dictamina et impulsus attenti sequamur. Et hæc est vite christiane summa, ad quam multoties in hoc capite nos hortatur Apostolus, v. 16, 18, 23, utque sua sit in nobis efficacior exhortatio, versiculo 24, ubi nos omnes ad hanc carnem per spiritum refrenationem apertiùs excitat, illam velut crucifixionem exhibet: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt*, etc.; ubi postquam internum mortificationis in carnem exercende principium nobis ostendit, sanctum scilicet Spiritum, externum ejusdem mortificationis demonstrat exemplar, Jesum Christum pro nobis crucifixum. Quasi diceret: *Spiritu ambulate*, spiritu facta carnis reprimit, carnemque vestram peccatorem crucifigite; Jesus Christus, Filius Dei, Sanctus sanctorum, pro peccatis vestris crucifixus est. Sancto itaque Spiritu animati et corroborati, attendite carnem Christi crucifixam, et pro peccatis vestris in cruce, summo cum dolore morientem; et ad illius exemplum, carnem vestram peccatorem crucifigite; ut non sine dolore moriatur in vobis peccatum, pacificè verò regnet charitas.

Domine Jesu, qui me hæc omnia per sanctum apostolum tuum docuisti, da mihi per temetipsum hæc eadem omnia esse et agere. In te et per te sim verè filius Dei, sancto Spiritu tuo animatus, in charitate vivens, et ex charitate semper agens. Da mihi, ó piissime Redemptor, libertate filiorum sanguinis tui pretio acquisitâ, nunquam abuti; ad finem hujus christiane libertatis semper tendere, tandem pervenire; medio ad id mihi dato indesinenter uti, Spiritu ambulare, sancti Spiritus dictamina perpetuò sequi. Da mihi in internis spiritus et carnis pugnis à parte spiritus fideliter stare, in tuo Spiritu et per tuum Spiritum carnem refrænare, charitatem exercere, et per continuum exercitium jugiter adaugere. Da denique per hanc jugem carnis in tue dilectionis spiritu crucifixionem, dolorosæ passionis tue sic esse participem, ut gloriosæ tandem resurrectionis tue consors, te diligam in æternum.

## CHAPITRE VI.

1. Mes frères, si quelqu'un est tombé par surprise en quelque péché, vous autres qui êtes spirituels, ayez soin de le relever dans un esprit de douceur, chacun de vous faisant réflexion sur soi-même, et craignant d'être tenté aussi bien que lui.

2. Portez les fardeaux les uns des autres, et vous accomplirez ainsi la loi de Jésus-Christ.

3. Car si quelqu'un s'estime être quelque chose, il se trompe lui-même, parce qu'il n'est rien.

4. Or que chacun examine bien ses propres actions, et alors il trouvera sa gloire seulement en lui-même, et non pas dans les autres.

5. Car chacun portera son propre fardeau.

6. Que celui qui l'on instruit dans les choses de la foi, assiste de ses biens en toute manière celui qui l'instruit.

7. Ne vous trompez pas: on ne se moque point de Dieu.

8. Car l'homme ne recueillera que ce qu'il aura semé; ainsi, celui qui sème dans sa chair recueillera de la chair la corruption, et celui qui sème dans l'esprit recueillera de l'esprit la vie éternelle.

9. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes.

10. Ergo dùm tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

11. Videte quilibet literis scripti vobis meâ manu.

12. Quicumque enim volent placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

13. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt; sed volent vos circumcidi, ut in carne vestrà glorientur.

14. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

15. In Christo enim Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.

16. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei.

17. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

## ANALYSIS.

*Omniibus in genere charitatem Apostolus consulit in quinto capite, v. 15, hic in specie.*

*Ac primo versu prælatos, spirituales, in fide constantes hortatur, ut lapsos benignè corrigant, et cum humilitate erigant, memores suæ propriæ infirmitatis.*

§ 2. *Illis compatiuntur; v. 3, nec ob aliorum delicta, ut Phariseus, ipsi superbiunt; v. 4, sed ob suorum peccatorum onus, coram Deo Judice portandum, trementes humiliter, v. 5.*

§ 6. *Neophytos hortatur ut erga doctores suos liberalitate gratitudinem habeant.*

§ 8. *Omnes seminant bona, ut vitam æternam metant; v. 9, in bono faciendo non seguescamus; v. 10, sed dùm tempus est seminandi, ob spem messis, promptè et alacriter omnibus, at præcipuè fidelibus beneficiamus.*

§ 11. *Paulus Epistolam finiturus, paucis argumen-*

## PARAPHRASIS.

1. Fratres, si quis à pseudo-apostolis seductus, in aliquid eorum que dixi delictorum, maxime verò hærescos, seu in Judæismum prolapsus fuerit, vos perfecti, et qui Spiritu Dei ducimini, carnem vestrà crucifixâ, hujusmodi hominem sanate, et pristino statui redintegrate, non dùm corripiendo, sed cum omni humilitate ac mansuetudine, teipsum circumspiciatis, ubique cavens ne et tu teneris, et eidem tentationi succumbas aut simili.

2. Lapsis compatiimini, tantùmque illos corrigite lenitate, quasi illorum onera et delictum portetis, sintque vobis propria; et sic adimplebitis legem Christi, que tota est de dilectione.

3. Nam qui de se superbe sapit, aliquid se existimans, ipse seipsum seducit, quia reverâ nihil est.

9. Ne nous laissons donc point de faire le bien, puisque, si nous ne perdons point courage, nous en recueillerons le fruit en son temps.

10. C'est pourquoi, pendant que nous en avons le temps, faisons du bien à tous, mais principalement aux domestiques de la foi.

11. Voyez quelle grande lettre je vous ai écrite de ma propre main.

12. Tous ceux qui veulent plaire dans la chair sont ceux qui vous obligent à vous faire circoncire; ce qu'ils font seulement afin de n'être point persécutés pour la croix de Jésus-Christ.

13. Car eux-mêmes, qui sont circoncis, ils ne gardent point la loi; mais ils veulent que vous receviez la circoncision, afin qu'ils se glorifient en votre chair.

14. Mais pour moi, à Dieu ne plaise que je me glorifie en autre chose qu'en la croix de Notre-Seigneur Jésus-Christ, par qui le monde est mort et crucifié pour moi, comme je suis mort et crucifié pour le monde.

15. Car en Jésus-Christ la circoncision ne sert de rien, ni l'incircioncision; mais la nouvelle créature;

16. Et tous ceux qui se conduisent selon cette règle, que la paix et la miséricorde soient sur eux, ainsi que sur l'Israël de Dieu.

17. Au reste, que personne ne me cause de nouvelles peines; car je porte imprimées sur mon corps les marques du Seigneur Jésus.

18. Que la grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ, mes frères, demeure avec votre esprit. Amen.

*tum principale, de lege cum Evangelio non miscendâ, resumit. Urget ergo Galatas à moribus novorum doctorum, et sicque ostendit quibus sint illi doctores, et quo animo legatis doceant, scilicet ut Judæi placeant, et ut persecutionem non patiantur.*

§ 14. *Paulus se, et suosque mores, horum pseudo-apostolorum moribus opponit; illi hominibus placere student, Paulus despici gaudet; illi persecutionem fugiunt, Paulus in solâ cruce gloriatur.*

§ 15. *Totius Epistolæ corollarium facit; v. 16, ejus doctrinam observantibus pacem optat et misericordiam.*

§ 17. *Paulus non vult sibi deinceps quemquam ob circumcisionem parere molestiam: quia si que sunt in corpore cicatrices ferendæ, ipse fert stigmata Domini nostri Jesu Christi, sine plagas pro Christo toleratas.*

§ 18. *Gratiam Galatis optat.*

4. Facta sua quisque scrutetur et expendat, non per comparationem ad aliorum facta, sed per respectum ad regulam vite; et si quidem recta et bona illa inveniat, tunc in conscientia suâ gaudebit, et in Domino gloriabitur; non autem gloriabitur in deteriorum comparatione.

5. In judicio quippe Dei quisque peccatorum suorum onus portabit, et meritas delictis poenas fret, nec aliorum etiam pejorum comparatione sublevari-bit.

6. Is qui docetur Evangelium, doctorem suum de omnibus suis temetipsum bonis faciat participem.

7. Ne vosmetipsos decipiatis; Deo non illuditur: Deus omnia novit, nec potest decipi.

8. Unusquisque metet quod seminaverit, corru-

ptionem scilicet et mortem, si in carne seminaverit, ipsa quippe fœnum et corruptio est; vitam autem æternam, si seminaverit in Spiritu, sancto scilicet, sicut ipse est immortalis, et immortalitatis principium.

9. Ne segnescamus igitur in faciendo bono, nec tædio, nec molestia victi, cessemus à beneficiando proximis; tempore enim suo, et à Deo destinato, metemur, si defatigati non cessaverimus.

10. Ergo dum hæc agitur vita (tempus scilicet somnandi), beneficiamus omnibus (omnes enim sunt nostri proximi), sed præcipue fidelibus, qui per fidem sunt de familiâ Christi.

11. Videte quantis et quam prælix literis scripsi vobis, non alterius manu, ut solet, sed propria.

12. Qui enim in observatione carnalium legis ceremonialium Judæis, in speciem externam, placere volunt, hi cogunt vos circumcidi, non legis complectendo studio, sed ne circumcisionem destruendo, à Judæis contribulibus suis persecutiones patiantur, quas ab ipsis pati solent crucis Christi præcones.

13. Nam nec ipsi qui circumcisi sunt, et circumcisionem vobis predicant, legem observant; sed volunt vos circumcidi, ut apud Judæos glorientur de circumcisione vestrà, quasi vos ad Judæismum converterint.

14. E contrario absit mihi ut in aliâ re glorier aut

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — FRATRES, ET SI PRÆOCCUPATUS FUERIT... Græc., fratres, si et; Syr., fratres mei, si quis vestrum. Paulus tacit ipse quod docet; hortans enim ad excusandos et leniter erigendos eos qui ex infirmitate ceciderunt, ipsemet quasi illos excusans, eorum culpam extenuat hoc verbo, si præoccupatus fuerit; quasi diceret: Si quis vel aliquo quasi impetu abreptus fuerit, vel imbecillitate suo victus, vel ob ignorantiam à falsis fratribus seductus fuerit.

Hom., id est, aliquis, est hebraismus. In aliquo, ex commemoratis, cap. 5, v. 19, sed præcipue in hæresi judaizantium, de qua hic agitur.

Vos qui SPIRITUALES ESTIS, id est, qui spiritu ambulatis, spiritu vivitis, cap. 5, v. 16 et 25, seu vos qui perfecti estis, et qui carne vestrà crucifixi, secundum spiritum vitam ducitis.

HEJUSMODI INSTRUITE; Syr., instaurate. Non dixit, punite, aut condemnate; sed instaurate, id est, corrigite, ait S. Chrysost.

VERS. 1. — Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hejusmodi instruite in spiritu lenitatis. Sensus est: Nemo per invidiam gloriam sese super alium effert aut contendat; sed etsi quispiam tentatione praventus, ut est humana fragilitas, prolapsus fuerit in peccatum, vos qui spirituales estis, id est, qui geritis vos præ spiritualibus et perfectis, non duris ac severis agite adversus humisimodis, sed cum mansuetudine enim admonentes et corripientes, restituite atque erigite à lapsu. Nota: Spiritum vocat affectum internum lenitatis, qui est donum Spiritus sancti, ait Chrysost.

Considerans teipsum, ne et tu tenteris. Teipsum contra quæcumque spiritualis es, ne et tu in tentatio-

gaudeam, quam in cruce et passione Domini nostri Jesu Christi credenda, predicanda, perferenda; per quem et propter quem Jesum Christum, mundus mihi quasi crucifixus est, ipsum abominor tanquam crucifixi cadaver; et ego vicissim sum mundo tanquam crucifixus; me abominatur et horret mundus, quasi crucifixus.

15. In christianâ enim religione ante Deum non prodest circumcisio, aut incircumcisio, sed anima per gratiam renovatio.

16. Et quicumque hæc regulam, de novâ scilicet creaturâ, proximè traditam, seu de justificatione in totâ Epistolâ explicatam, secuti fuerint, pax sit et misericordia super illos, sive gentiles sint, sive Judæi Christo credentes; hi enim omnes veri sunt Israelitæ, et populus Dei.

17. De cætero nemo, sive Judaizantium, sive quivis alius ob circumcisionem, et alias carales ceremonias, mihi sit molestus; si que enim sunt in corpore cicatrices portanda, ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto, plagas scilicet, et cicatrices ex plagis pro Christo susceptis; virgini enim cæcus sum, lapidatus sum, etc., secunde ad Corinth. 11, 24; circumcisi sunt pseudo-apostoli, sum et ego; at quod pluris æstimo, præterea fero stigmata Domini Jesu.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum spiritu vestro, fratres. Amen.

IN SPIRITU LENITATIS, non tantum in mansuetudine, sed in spiritu mansuetudinis, ait S. Chrysostomus, id est, cum affectu interno, qui sit à Spiritu sancto, suam quasi lenitatem inspirante per os corrigentis.

CONSIDERANS TE IPSEM. Transit à plurali numero ad singularem. *Te*. Et caveo te et vos tentari, considerantes vosmetipsos et circumspicientes, sicut qui sibi caveat circumspicit.

VERS. 2. — ALTER ALTERIUS ONERA... Per onus potest equidem intelligi quælibet infirmitas; sed ex verso precedenti et ex quinto sequente patet quod Apostolus per onus intelligat hic omne peccatum, et speciatim apostasiam, seu Judaismi de quo agit. Portamus autem peccata proximi, eumque ab hoc onere quasi levamus, per compassionem et instructionem in spiritu lenitatis. Itaque sensus est: Lapsis compatimini, ut in paraphrasi.

ET SIC ADIMPLEBITIS; Græc.: Et sic adimplete. Notat D. Chrysostomus quod Paulus non dixit: *Adimple-*

nem incidat, tentatione vincaris, in aliquo delicto præoccupatus. Nihil ita frangit hominis severitatem in corrigendo, quam timor proprii casus. Ita Thomas.

VERS. 2. — Alter alterius onera portate. Onera vocat peccata, quæ reatu suo nos depriment, penam obnoxios reddant. Portamus onus, id est, peccata proximi, eumque hoc onere levamus, per compassionem et lenitatem, lenemque instructionem et correptionem, per orationem, si orems pro eo ut eum Deo onere levet, etc.

Et sic adimplebitis legem Christi. Lex Christi, lex fraternæ dilectionis est, quæ dicitur multa onera ferenda esse. De qua et Joannes Apostolus dicens: *Fi-*

coram, implete; sed *domini*, *propter*, simul omnes implete; scilicet vos invicem ferendo.

VERS. 5. — NAM SI QUIS EXISTIMAT... Hoc contra superbos et durè arguentes dicitur.

VERS. 4. — ORUS AUTEM SUM... Hoc autem contra eos qui in aliorum comparatione, quos se deteriores putant, gloriantur, et, sicut Pharisæus, dicunt intra se: *Non sum sicut cæteri hominum*. Hos ut corrigat, revocat ad propriorum delictorum considerationem; *opus suum* PROBET, se consideret facta in se, et per respectum ad vitæ regulam, et ad Dei judicium. *Unusquisque enim onus suum in Dei judicio portabit*.

ET SIC IN SEMETIPSO TANTUM GLORIAM... Hoc non dicit ut quis in semetipso glorietur; imò ab hoc cohibet, metu judicii divini; quis enim ante Deum justus? et quis ante Sanctum sanctorum audeat gloriari de sanctitate? Sed hoc dicit ut desinat adversus alios gloriari, certus quòd statim nec in semetipsis gloriabuntur, si meminerint propriorum delictorum, quibus velut sarcinâ onerati, coram Deo judicandi comparabunt.

VERS. 5. — UNUSQUISQUE ENIM...; Græc.: *Proprium onus portabit*; Syr.: *Suam ipsius sarcinam bajulabit*. *Observatio moralis*.

Egregia in his quibus versibus habemus charitatis, humilitatis et circumspeditionis documenta circa aliorum lapsus.

Primò, debemus ex charitate lapsos excusare, sicut et ipse Paulus excusat: *Si quis præoccupatus...* Fortè ignorat, fortè abreptus est vi tentationis, fortè subreptus, fortè seductus à damone, à carne, etc.

Secundò, debemus lapsum erigere, instaurare, sanare, instruere in spiritu lenitatis, cum affectu interno, qui sit quasi à Spiritu sancto, suam lenitatem per os nostrum inspirante. Itaque corrigentis verba, gestus, etc., mansuetudinem spirent. Correptio, quasi pillula est amara, saccharo et dulcedine vocis dulcoranda; de hoc plura vide apud Cornelium à Lapide.

Tertiò, debemus tunc infirmitatis nostræ memores esse, et nosmetipsos circumquaque conspiciere: circa præteritum, num ego ipse tale quid feci aliquando? circa præsens, num et nunc in tali aut simili sum vito? circa futurum, quid de me fieret in iisdem circumstantiis? Time ob fragilitatem tuam, *ne et tu tenteris*; ille hodiè, ego cras, aiebat antiquus Pater. Obnoxii sumus iisdem tentationibus, et simili lapsu spè Deum puni duros et inclementes. Vide exempla apud

Itali, *Allegit alteratrum, quia præceptum Domini est, et si solum fiat, sufficit*.

VERS. 5. — NAM SI QUIS EXISTIMAT SE ALIQUID ESSE, etc. Græc., *seipsum decepti*. Hoc quidem dicitur contra superbiam eorum qui sibi placentes et existimantes se aliquid esse, duris tractantur infirmos. Illic nihil est, quia suo fastu, arrogantia, duritie, contemptu ostendit se nullius esse virtutis. *Se seducit*, id est, mentem suam decepti. Quæ deceptio maxima est et perverissima; cum scilicet quis sibi excedit blandiendi, sibi ipsi imponit, persuadens sibi se esse, quod revera non est.

VERS. 4. — *Opus autem suum probet unusquisque*; q. d.: Sicut per sensu operibus quisque retributionem à Domino iudice expectare debet, non pro alienis; Ita

Cornelium à Lapide. Misericorditer ergo correctio faciendi, et cum humilitate omnis durities, acor aut superbia sunt vitanda.

Quartò, onus infirmi bajulare debemus, sicut Christus languores nostros tulit et dolores nostros ipse portavit, id est, sicut peccata nostra et peccatorum nostrorum penam in se suscepit luendas, et revera luit et expiavit, sic peccatorum onera portemus per compassionem, per instructionem, per orationem, per penitentias pro ipsis factas; et hæc ad imitationem Christi, qui pro nobis oravit, penitentiam egit, passus et mortuus est. Sicut qui jumentum sub onere lapsum vult erigere, illius onus à jumento devolvit, et inter brachia sua suscipit, ut ab onere levatum jumentum resurgere possit; ita peccatoris onus ab eo devolvendum, et à superiore corripiente suscipiendum.

Quintò, maxime cavendum ne sicut Pharisæus, ob aliorum externa opera mala, superbiaus. Etenim meliora sunt peccata cum humilitate, quam innocentia cum superbiâ, ait Optatus Milevitanus, citatus à Cornelio à Lapide in cap. 18 Luca, v. 14. Hoc ut vitemus, circumspiciamus nos, non per respectum ad aliorum opera mala, sed per respectum ad regulam morum, secundum quam à Domino iudicabimur. In tremendo enim Dei judicio, *unusquisque onus suum portabit*; non de aliorum factis iudicetur, nec cum illis comparatur; sed ego mihi ipsi: *Arguam te, et stantem te ante faciem tuam*; opera tua ante oculos mentis tuæ, ante legem rationis tuæ, ante lucem conscientie tuæ.

Ergo opera nostra prolata et comparanda nobis ipsis et legi divinæ, non alienis hominibus aut aliorum operibus.

VERS. 6. — COMMUNICET AUTEM IS QUI...; Syr.: *Communicet autem is qui audit sermonem, et qui sibi suggerit, in omnibus bonis*. Spirituales spirituales docuit charitatem in inferiores infirmos; nunc inferiores neophytos corporalium docet charitatem exercere in spirituales, necessaria vita subsidia largiendo. *Communicet*, id est, tribuat liberaliter, is qui CATECHIZATUR VERBO, id est, qui docetur verbum Dei, seu qui instruitur doctrinâ fidei. Græc., *instituitur verbum*. Et QUI SE CATECHIZAT, doctori suo; Græc., *instituenti*.

IN OMNIBUS BONIS, temporalibus, quibus indiget doctor, et quæ potest suppeditare discipulis. *hæc*, voce sonare, unde echo; *instructur*, voce instruire; hinc cate-

sua consideret opera, non aliena. Examine opus suum, quæ intentione fecerit.

Et sic in semetipso tantam gloriam habebit, et non in altero. Non gloriabitur, respiciens alterum graviter lapsum, quod eo sit melior, uti Pharisæus gloriabatur contra publicanum, eum contemnendo, et se pro ea laudando; sed modestè in se suaque conscientia in operibus Dei gratiæ factis gloriabitur. Ita Chrysost., Theoph., Anselm.

VERS. 5. — *Unusquisque enim onus suum portabit*. Vocatur autem onus, propter peccata, quibus nemo caret, quorum omnium est reddenda ratio. Quisque operum et peccatorum suorum onus, id est, meritas operum penam et præmia, feret et portabit.

VERS. 6. — *Communicet autem, is qui catechizatur*

Christi, qui docet mysteria; catechizans, qui audit illa; catechismus, ipsa doctrina et instructio. Apostoli erant catechiste; hos secuti sunt SS. Patres: munus ergo catechizandi apostolicum.

*Observatio litteralis et moralis.*

Egrege notat D. Chrysostomus quod Deus, qui Judaeos ingratos aluit manna, apostolos in mendicorum deiecit necessitatem. Quare? ut hinc magna pararet bona, inquit, modestiam scilicet et claritatem; modestiam in doctoribus, qui suis discipulis opus habent; claritatem in discipulis doctores suos atentibus. Hoc eodem spiritu sanctus pater noster Franciscus, verè apostolicus et seraphicus, voluit nos pauperes, ut humiliores essemus et proximo utiliores, etiam ex necessitate. Idem S. Chrysostomus notat quod doctor querens quod nature satis est, illudque recipiens, nihilominus manet in sua dignitate, quia laudandum est doctorem esse assiduam ministerio sermonis, ut ceteris egeat, altissimamque inopiam laboret. Laudabilis itaque paupertas evangelica, terrena contentans, ut coelestia acquirat, et cum aliis communit; majora dans et prestabiliora quam quae accipit. *Sic nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?* ait Apostolus, 1 Cor. 9.

Vers. 7. — *NOLITE ERRARE...* Hoc dicit contra eos qui falsas pretendebant excusationes, ne doctores suos alerent. Ne vosmetipsos decipiatis; Deus novit vestras facultates; à nemine fallitur, omnia novit. Itaque sincerè, simpliciter et coram Deo, iudice vestro, agite.

Vers. 8. — *QUE ENIM SEMINAVERTIS...* Græc., *seminatis in carnis suam...*; at *seminans in Spiritum*, etc.; Syr.: *Quidquid enim seminatis in carnis suam, id seminat per carnem, de carne metit corruptionem; qui per Spiritum seminatis, de Spiritu vitam perennem metit.* In superioribus versiculis hortatus est eos qui catechizantur, ad liberaliter tribuenda catechistis suis vite necessaria. Nunc omnes fideles hortatur ad bona opera et præsertim ad beneficentiam in proximos; utitur autem comparatione sementis et messis: hæc vita est quasi agricultura, seminandique tempus; vita futura, metendi tempus erit. Sicut autem sementis et messis ejusdem sunt generis, et non potest ex hordeo

verbo, etc. Qui instituitur in doctrina fidei, vicissim communicat, id est, tribuit doctori suo bona temporalia quæcumque viderit ei necessaria: quia justum est ut qui spiritualia ministrat, temporalia recipiat.

Vers. 7. — *Nolite errare: Deus non tridetur*; id est, nolite vosmetipsos fallere vanis excusationibus, quæ vane possunt apud homines, sed non apud Deum; quia Deus non irridetur.

Vers. 8. — *Que enim seminaverit homo, hæc et metet*; id est, omnium operum suorum quæ fecerit, justam retributionem accipiet.

*Quantum qui seminavit in carne sua, de carne et metet corruptionem*; q. d. Qui semen operum suorum projicit in terram carnis sue, id est, ea facit in obsequium carnis suæ concupiscentiæ (unde et opera carnis vocantur), is ex eadem carne sua metet corruptionem, id est, referet interitum, miseriam et mortem sempiternam.

*Qui autem seminavit in Spiritu, de Spiritu metet vitam æternam.* Prudenter observat Hieronymus à postolum

triticum meti, ita de operibus: unusquisque, secundum operum suorum qualitatem et quantitatem, premium aut supplicium recipiet in æternitate.

*Qui seminavit in carne, id est, qui carnalia operatur, seu qui deliciis et voluptatibus vacat, easque velut semen, in carne sua, tanquam in terra deponit; hæc de carne metet corruptionem, probrum, supplicium et mortem æternam.*

*Qui autem seminavit in Spiritu, id est, qui spiritualia operatur, seu qui per gratiam sancti Spiritus vacat piis et sanctis operibus, quæ quasi semen jacit in agrum Spiritus sancti, seu in sinum Dei,*

*De spiritu metet vitam æternam*, hæc ex Spiritu sancto, tanquam optimâ terrâ, metet æternam corporis et animæ vitam et beatitudinem. Ex carne igitur, tanquam ex terrâ malâ, oritur messis pessima, corruptio scilicet, et mors æterna. Ex Spiritu sancto, scilicet, cuius opera prius enumeravit, cap. 5, v. 22, tanquam optimâ terrâ, beata animæ et corporis immortalitas.

S. Paulus non dixit: Qui seminavit in spiritu suo, sicut dixit: *Qui seminavit in carne sua, ut indicet quod loquitur de operibus spiritualibus in sacro Spiritu factis.*

Vers. 9. — *bonum autem facientes non deficiamus...* Græc.: *At pulchrum facientes non segnescamus; tempore enim proprio metemus, non elanguescentes.* Syr.: *Cumque beneficiamus, ne sit nobis tædio, erit enim tempus quo metemus, neque erit nobis tædio.* Secundum nostram Vulgatam significatur in bono perseverandum esse, et perseverantiam esse conditionem necessariam ad habendam æternam vite mercedem. Vide paraphrasim. Secundum Græcum et Syrum significatur bonum promptè et alacriter agendum, ubi semen messis sine labore. Metemus sine tædio et labore, non elanguescentes, id est, non resoluti, sicut Theodor., sine labore, imò cum gaudio. Unde, addit, in sensibilibus sementis habet laborem et messis itidem; metentes enim sæpè resolvit æstus; sed messis illa non est ejusmodi, est enim à labore et sudore libera. Idem dixit D. Chrysostomus. Juxta hunc sensum, sicut agricola suum frumentum projicit in terram, illudque abscondit, et patienter expectat tempus messis, semper laborans, et nunquam nec tædio nec molestiâ donec

non dixisse in spiritu suo, sicut dixerat in carne sua, sed tantum in Spiritu; quia qui bona seminat, inquit, non in suo quippiam, sed in Dei Spiritu seminat. Vult enim intelligi Spiritum sanctum, sicut et in superioribus; q. d.: Qui verò semen operum suorum seminavit in agrum Spiritus, id est, in Spiritu sancto ea facit, ejusdem virtute perficienda ad fructum (unde et fructus Spiritus ab Apostolo nominantur), is ex eodem Spiritu, valorem velut infinitum operibus tribuente, recipiet pro eis vitam æternam. Quam è diverso incorruptionem, hoc est, immortalitatem, vocat Apostolus, Rom. 2.

Vers. 9. — *Bonum autem facientes, non deficiamus.* Græc., non fatigemur, non lassentur, non segnescamus. Sensus est: Ne tædio aut molestiâ victi, unquam cessemus à benefaciendo proximis.

*Tempore enim suo metemus non deficientes*; q. d.: Non fatigemur hæc bene operando et seminando, ut pro mercede perfectam quietem, in qua nulla erit fatigatio, in messe coelesti et æternâ assequamur.

ficiens, ita et nos Christiani toto tempore vite seminemus, bona facientes, et ne segnescamus; nobis est continuè aspicienda nova illa et admirabilis æternæ vite messis, quæ fiet sine labore, sed cum gaudio maximo.

Vers. 10. — *ERGO DUM TEMPUS HABEMUS...* Sicut non est semper tempus seminandi, sic nec erit semper tempus benefaciendi. Testes sunt virgines de quibus Math. 25; testis dives ille de quo Luc. 16: *Ergo dum tempus habemus...*

*MAXIMÈ AUTEM AD DOMESTICOS FIDEI.* Ecclesia est domus Dei; per fidem quilibet Christianus est domesticus Dei; hinc fidelis, utpote domesticus Dei, ceteris præferendus; inter fideles autem, maximè qui fidem docent.

Vers. 11. — *VIDETE QUALIBUS.* Græc., *quantis*, seu quam prolis. Syr.: *Videte quas scripturas scripsi vobis*, etc. Finitur Epistolam, primò, affirmat illam propriâ manu scriptam; secundo, hæc singularitate singularem suam in eos affectum declarat; teriò, resumit paucis principale argumentum de lege cum Evangelio non miscendâ. *Videte quilibus litteris...* Græc., *quantis*, quam multis, quam longis, magnitudinem enim significat potius quam qualitatem, ait Erasmus, qui et D. Hieronymum citat. Debet autem intelligi longa, non per comparationem ad alias Epistolas, v. g., ad Rom., ad Cor., sed longa per comparationem ad manum Pauli scribentis, ut indicant sequentia verba.

*MEA MANU.* In cæteris Epistolis, subscribebat Paulus, alius scribebat. Hic verò totum ipse scripsit: non tantum ab his verbis: *Videte quilibus...*, ut putat D. Hieronymus, sed totam à capite usque ad calcem, ut indicat textus, et affirmat D. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus. *Videte ergo...*, hincque colligit meum erga vos et salutem vestram singularem affectum. D. Chrysostomus tamen illud, *quolibus litteris*, refert ad deformitatem litterarum; quasi diceret Apostolus: Ego hæc Epistolam scripsi meâ manu,

Vers. 10. — *Ergo dum tempus habemus*, seminandi, benefaciendi, merendi in hæc vitâ, *operemur bonum ad omnes*, hoc est, omnibus.

*Maximè autem ad domesticos fidei*, id est, Christianos, qui domesticos fidei dicuntur quia in unam domum Ecclesie per fidem congregati sunt. Quos eisdem, Ephes. 2, vocat *domesticos Dei*; quia Ecclesia domus Dei est.

Vers. 11. — *Videte quilibus litteris scripsi vobis meâ manu*, id est, quantis, quam longis litteris vobis scripsi meâ manu, q. d.: Ego Paulus, qui alias alienâ manu solo scribere heri, et totum meâ manu scribere, hæc epistolam ad vos totam (ut fatetur S. Chrysost.) scripsimus, Theoph., licet bene magnum, scripsi meâ manu, ut ostendam quam mihi curæ sit vestra salus, parafides et religio, ut à Judaismo ad Christianismum vos reducam.

Vers. 12. — *Quicumque volunt placere in carne, hinc cogunt vos circumcidi.* Sensus est: Qui gratiam hominum querunt carne sibi conjunctorem, et ab his laudari cupiunt, aut offendere eos nolunt, ii sunt qui vos pertrahere nituntur ad circumcisionem. Loquitur de Judæis, placere volentibus genti sæc., quam hic vocat carnem, et idcirco laborantibus ut quam plurimos ad legem Judaicam adducerent.

*Tantum ut crucis Christi persecutionem non patian-*

licet non pulchrè scribam, seu Græcos characteres nesciam rectè pingere. Ad autem fecit, ad tollendam omnem suspicionem, ne alterius esses et non Pauli, ait idem Chrysostomus. Sanctus Anselmus è contra interpretatur de benè formatis. Videtur quàm benè formati litteris, etc., sed quidquid sit, hoc singulari Pauli in Galatas affectum testatur.

Vers. 12. — *QUICUMQUE ENIM VOLUNT...* Græc., *quicumque volunt bonâ facie esse in carne*, etc. Syr.: *Quotquot volunt gloriari in carne*, etc., uterque omittit, enim, et commodius videtur. Ultimâ ratione, desumptâ à moribus novorum doctorum, urget Galatas eisque ostendit quales sint illi falsi doctores et quo animo legalia docant, scilicet, ut placenti Judeis, et ne persecutionem evitent. Vide cap. 1, v. 10; et cap. 5, v. 5. Judæi parim curabant Christum predicari, dummodo per eum Mosaiica non abolerentur. Hinc isti pseudo-apostoli Christum predicabant apud Christianos, quæstus et lucrû gratiâ, et ut Judeis placerent, et ab eis nihil perentur, legem et circumcisionem simul cum Evangelio predicabant.

Vers. 13. — *NEQUE ENIM QUI CIRCUMCIDUNTUR...* Vide paraphrasim.

Vers. 14. — *Mihi autem absit...* Se suosque mores illorum opponit moribus. At ego è contra tantum abest ut aliquid faciam, vel quidquam in Christi doctrinâ immutem, seu ad fugiendam persecutionem et crucem, seu ad aucupandum hominum benevolentiam et gloriam; quin inso mea gloria est in cruce Christi ferendâ; totum gaudium meum est ab hominibus mundo servientibus despici, sicut et ego mundum despicio. Fugio, despicio, horreo mundum sicut cruciarium, et meo vicissim mundus despiciet et horret quasi crucifixum.

Sensus itaque est: *Absit mihi, ut in illâ alâ re glorier, etc.* Vide paraphrasim. In solâ cruce gloriam, quanta generositas! Crucem, cum sese offerat, accepta-

tur. Sensus est: Saltem id faciunt ut ne propter crucem Christi persecutionem à fratribus suis Judæis pantantur.

Vers. 15. — *Neque enim qui circumcidiuntur, legem custodiunt*; itaque circumcisionem extorquere à vobis voluit, non zelo legis commoti; non faciunt hoc zelo legis et Judaismi: neque enim ipsi, licet circumcisi, legem custodiunt.

*Sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra gloriantur*, etc. Sicut apud Judæos gloriatur de virtutibus circumcisionem, quod scilicet vos ad circumcisionem et Judaismum converterint. Ita Theoph.

Vers. 14. — *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.* Sensus est: Illi gloriam quaerunt apud homines, ex carne vestrà circumcisa: at verò procedi sit à me, ut in aliqua re glorier, nisi in cruce, id est, in passione et morte Domini nostri Jesu Christi, quam in crucis patibulo sustinuit, et per quam omne bonum salutare nobis promeruit ac procuravit. Quiddam enim ad pietatem et salutem pertinet vitæ æternæ, totum id nobis promanat de fontibus Salvatoris, id est, ex merito passionis Christi. Hinc est quod Leo pontifex crucem Christi vocat omnium fontem benedictionum, omniumque causam gratiarum. In cruce ergo patet magnitudo peccati nostri, et immensus Dei in nos amor. Hinc in eâ solâ gloriari,

re, animi sanè christiani est; crucem, cum abest, desiderare, perfectioris animi est et cordis apostolici; at in illà inventà gloriari, et in eà solà gloriari, Paulini animi est. Miramur, confundamur, pro modulo nostro imitemur. Etenim omnis Christianus debet sicut et Paulus mundo mortuus esse et hanc vocem semper habere in ore: *Mihi absit gloriari...*

VERS. 15. — *IN CHRISTO ENIM JESU...* his verbis continetur totius Epistolæ corollarium, et quasi epitome in religione christiā, etc. Vide paraphrasim.

NOVA CREATURA, est anima exteriori per baptismum regenerata; interiori per gratiam renovata; in novitate vite, secundum Spiritum ambulans, seu mandata Dei ex charitate servans.

VERS. 16. — *ET QUICUMQUE HANC...* Græc. : *Et quicumque regulā hęc ordinatē ambulaverit.* Syr. : *Et si qui hanc sententiam sectantur,* etc. Vide paraphrasim.

ISRAEL DEI, spiritualis scilicet, est qui credit Christo, Filio Dei, Abraham promisso, et qui fide iustitiam et salutem in ipso querit.

VERS. 17. — *DE CÆTERO NEMO MIHI...* Græc. : *Ceterum molestias mihi nemo exhibeat.* etc. Syr. : *Proinde nemo mihi laborem injiciat,* etc. Hæc verba, alii aliter explicant, ut videri potest apud interpretes; sed sensus in paraphrasi explicatus mihi videtur verus, quia simplex et naturalis, et correspondet versui 14 : *Mihi autem absit...* Præterea judaizantes confundit, qui nihil tale passi sunt; imò qui, ut nihil tale pro Christo

*Per quem mihi mundus crucifixus est, id ego mundo. Crucifixus, id est, mortuus seu mortificatus. Mundi nomine mundanos et carnales homines significat. Unde mundo crucifixus, id est, mortuus sum, hoc est, non tenor, non delector, non tangor mundanis Judaorum, uti isti judaizantes tanguntur, nec mundus mihi afficitur, nec ego mundo; sed invicem alieni et aversi sumus, atque adeo adversi et contrarii. Mundus me odit et persequitur; ego illi placere nolo.*

VERS. 18. — *IN CHRISTO ENIM JESU,* in Christi fide, religione, Ecclesiā, id est, in Christianismo, in christiāna viā, ad christiāne scilicet bene beatæque vivendū, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium : in negotio salutis obtinendæ per Christum, neque circumcisio aliquid prodest, neque præputium, sed nova creatura, id est, anima lapsus et gratiā Christi regenerata, et renata, imò recreata, et quasi nova creatura spiritualis effecta, novam gratiæ vitam sortita, ut deinceps in novitate vite ambulet. Unde Apoc. 9 Christus dicitur *Principium creaturæ Dei,* et Isaie 9 *Pater futuri sæculi.* Quia à Christo coepit nova gens, novus mundus, et, ut canit Sibylla :

*...Toto surgit gens aurea mundo.*

Gentem auream vocat gentem Christianorum, aureis virtutibus, gratis et donis à Christo acceptis splendentes ac fulgentem instar auri. Igitur nova creatura, quemadmodum optimè Cajetanus explicat, est vita spiritualis, à Deo creata per gratiam Jesu Christi, etc.

VERS. 16. — *Et quicumque hanc regulam secuti fuerint,* id est, quicumque ad hanc incedunt regulam, quam scilicet tradidit de justificatione, libertate, doctrinā, vitæ christiāna, ut extra hanc regulam et orbitam non exstiterint, et deflectant ad legem et normam Judæismi.

*Pax super illos et misericordia;* pacem illis imprecor et misericordiam à Deo; q. d. : Qui sequuntur hanc regulam Christianismū à me prescriptam, et pacem habent, id est, tranquillitatem conscientie, item mi-

parentur, circumcisionem predicabant, ut v. 12 illis exprobratum est.

Ut claris appareat tibi mens Pauli, et horum verborum sensum melius intelligas : Dominus noster Jesus Christus in passione sua fuit universali ter et in omnibus corporis partibus, quasi circumcisus; undique suum pretiosum sanguinem fudit. *A plantā pedis usque ad verticem, non fuit in eo sanitas.* Per spinas, per clavos, per flagella, per lanceam, quasi ubique fuit circumcisus. Hujus præsertim circumcisionis se participem esse gloriatur Apostolus : *EGO ENIM STIGMATIS...* Circumcisi sunt novi doctores, sum et ego. De hæc sicut Judaicæ circumcisio gloriatur, at ego, quod pluris aestimo, et de quo unice gloriatur, præterea fero stigma, etc. Communico passionis illius doloribus : *Ter virgis casus...* harum plagarum cicatrices et notas in corpore meo porto impressas.

Felix ille qui sicut Apostolus unice gloriatur in cruce et in imitatione Christi! Felix qui Christi stigma fert in corpore suo! Hæc, si non sanguinis effusione, saltem carnis mortificatione, da mihi, o Deus, toto vite tempore portare.

VERS. 18. — *GRATIA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI...* D. Chrysostomus et post eum Theodoretus notant quòd in aliis Epistolis, dicit Apostolus, *gratia...* vobiscum; hic cum spiritu vestro; ut, inquit, à carnalibus revocet Galatas et in memoriam eis reducat donum Spiritus sancti, quod in spiritu suo non per legem, sed per fidem acceperunt.

sericoriam, scilicet Dei, ut Deus in eos misericos sit et benedicens, emanet gratiam et consolationem misericorditer in eos effundat.

*Et super Israel Dei.* Hoc addit ne videatur excludere Judæos. Veritatem ne de omnibus secundum carnem Judæis intelligatur, dicit : *Israel Dei,* id est, quæ parte Dei populus est; non quæ parte Dei contrarius, ut erant Judæi infideles et pseudo-apostoli.

Israel dicitur quasi Israel qui dominatur vel prevalet Deo. Cum enim Jacob timens Esau fratrem suum, angelum se confortantem vidisset, nolens cum dimittere donec sibi benediceret, sinens se vinci angelus et Jacobo benedicens, etc. Dicit ergo Apostolus : Qui hæc Christi regulam sequuntur, si sunt Israel Dei, id est, populus Dei, dominans vitis, mundo, Judæis et Judaismo (quos representabat Esau carnalis frater Jacob), qui etiam ipsinet Deo, ut ab eo impentent quicquid volunt ac petunt ab eo. Ita D. Thom., Haymo, et alii.

VERS. 17. — *De cætero nemo mihi molestus sit.* Scribitur est : Postiæ nemo vestrum turbulentis contentionibus mihi laborem, molestiam, tridum afferat, de re nunc quantum satis est exposita et inculcata. Loquitur cum auctoritate, tanquam Galatarum apostolus et gentium magister.

*Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Stigmata dicuntur cicatrices, v. g., militum vulneratorum. Paulus ergo stigmata Christi hic vocat plagas et cicatrices ex verberibus, vulneribus et afflictionibus propter Christum susceptis, corpori suo impressis, de quibus 2 ad Cor. 11, quæ signata eam Deo non dedecora sunt, sed summae laudes. Ego Paulus hæc signata, hæc plagas, quasi tropicæ militiæ Christi non tantum habeo, sed porto, inquit, et ostentō. Ita D. Hieron., Chrysost., Anselm., D. Thomás.

VERS. 18. — *Gratia Domini nostri Jesu Christi, etc.* Cum spiritu vestro, id est, vobiscum. Claudii Epistolam cum imprecatione gratiæ Dei per Christum. Ad Galatas scripta est Romæ.

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ultimo ad pietatem maximè notanda, et ad præxim redigenda.*

1<sup>o</sup> Spirituales, perfecti, superiores attendant speciatim ad v. 1, 2, 3, 4, 5, in quibus egregia reperientur documenta, à se, circa aliorum lapsus, observanda. Delinquentes igitur correcturi, tantam induant charitatem, mansuetudinem, humilitatem, ut has virtutes non modò redolent, sed etiam inspirent. *In spiritu mansuetudinis, lenitatis instruite,* v. 1. Caveant in primis à superbiā Pharisæi, ob aliorum externos defectus tumentis, aliisque sese præferentis; propterea semetipsos circumquaque considerent; circa præteritum, quid fui, quid feci? circa præsens, quid sum, quid facio? circa futurum, quid facerem si, etc. At præsertim recordentur tremendi iudicii Dei; coram quo sistant in animo. Vide versus citatos.

2<sup>o</sup> Inferiores attendant ad v. 6 et 7, et ex eis discant in suos catechizans, doctores, concionatores, prepositos, benediciant. De suis temporalibus bonis dent illis à quibus spiritualia et æterna recipiant.

3<sup>o</sup> Attendamus singuli ad v. 8, 9, 10, in quibus omnes Christianos hortatur Apostolus ad sancta et bona opera, maximè ad benediciant in proximū. Nunquam obliviscamur egregiam similitudinem, sub quâ rem nobis sensibiliter exhibet. Hæc vita, agricultura est : nunc est seminandi tempus ; sementis autem nostra sunt opera. Mors, æternitas, erit metendi tempus ; messis autem erit sementi proportionatā : si ergo nunc in carne seminamus, corruptionem tunc metemus ; si autem in Spiritu seminamus, incorruptionem tunc, et vitam æternam metiemus. *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum.*

4<sup>o</sup> A D. Paulo, v. 14, discamus mundum contemnere et mundo continuè mori. Discamus ab eodem Apostolo in solâ cruce gloriari; et Jesu Christi crucifixi stigmata in corporibus nostris gloriante portare, seu passionis illius doloribus communicare gaudentes.

## IN EPISTOLAM AD EPHESIOS

### Præfationes.



Hanc Epistolam Romæ, in vinculis, scripsit Apostolus ad Ephesios; ab aliquibus olim dicta est ad Laodiceenses, fortè quia circularis erat, et ad omnes Asiæ urbes missa; specialiter tamen vocata ad Ephesios, quia Ephesus Asiæ metropolis. Quidquid sit,

Apostoli scopus est, Ephesios, quos ad fidem Christi, per triennium die ac nocte laborans jam pridem converterat, in fide confirmare et sublimiora re-

Ephesios Asiæ Minoris metropolim, fuisse civitate idololatriæ et magicis artibus deditam, testatur Hieronymus in proemio commentariorum hujus Epistolæ. Quæ res etiam ex illis quæ Lucas narrat, Act. 19, de magnâ Dianâ Ephesiorum, deque templo ejus apud Ephesum toto orbe celeberrimò, nec non de multis eorum qui fuerant curiosa sectari ibidem Pauli prædicatione conversis, manifestè intelligitur. In eâ civitate Paulus supra biennium commoratus, Christianum prædicavit, ita ut omnes qui habitabant in Asiâ, audirent verbum Domini, Judæi atque gentiles, ut ait Lucas, donec commotus adversus ipsum seditione à Demetrio argentario, inde discessit in Macedoniam. Universum autem tempus quo mansit Ephesi, triennium fuisse scribit Hieronymus; idque Paulus ipse significat, Act. 20, in eâ oratione quam ad presbyteros sive episcopos Ephesiæ Ecclesiæ Miletum ad se vocatos, habuit. *Vigilate, inquit, memoria retinete quoniam per triennium nocte et die non cessavi cum lacrimis monens unumquemque vestrum.* Abiens autem in Macedoniam Apostolus, Timotheum Ephesum reliquerat (sicut ad eum scribit 1 Timol. 1) ut *denuntiaret quibusdam ne aliter docerent, neque intendere fabulis et genealogiis interminatis* : quod sine dubio contra falsos et Judæis Christianismum dictum est; qui non solum legem volebant cum Evangelio à creden-

tionis christiæ mysteria perfectius edocere.

In primis tribus capitulis agit de æternâ predestinatione, de hominum per Christum mortem redemptione, de vocatione gentium; de utriusque populi, gentilis et Judæi, imò de angelorum et hominum adunatione, sub eodem capite Christo, super omnes creaturas elevato; ibique creditur judicantes percutere, qui salutem suam in ceteremoniis legalibus col-

lunt suscepi, quod omnibus judicantibus erit commune, sed et de suo multa fabulos, inutilia et à puritate Evangelii aliena tradebant; atque hujusmodi perversis doctrinis ad se fideles qui in Asiâ erant pertrahere nitentur, et à Paulo, quem sibi sententiam adversarium, et cujus gloriæ invadebant, abducere. De talibus scribit in 2 Tim. 1 (simul enim illa cum hæc ad Ephesios missa est, aut certe non multo post) : *Scis hoc, quod adversi sunt à me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Philegellus et Hermogenes.* Hoc itaque tempus jam venerat, de quo ipse in oratione, supra se memini, præmonerat Ephesios, dicens : *Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, et ex vobis ipsi exsurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos se.* Porro qui ex gentibus erant fideles Asiæ, doctrinam à Paulo acceptam firmiter retinebant. Ad eos igitur hanc scribit Epistolam, ita collaudans eorum fidem et dilectionem, ut tamen plenius eis instituat de præcipuis fidelis mysteriis olim absconditis, velut de redemptione et justificatione nostrâ per mortem Christi, de vocatione gentium, de predestinatione gratiâ, de glorificatione Christi et corporis ejus quod est Ecclesiâ ; et hæc quidem ferè usque ad quondam caput, à quo deinceps ad morem doctrinam accedens, prescribit formam quamdam exactam